BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 150
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ta & iam tangentes non tangunt quia non fideliter xpm tangunt. unde cuidam amanti quidem sed nondum plene credendi dicit. Noli me tangere. nondum enim ascendi ad patrem meum. Apte docens. quid sit enim uere eum tangere patri scilicet aequalem credere

Et dixit ihs tetigit me aliquis nam ego noui uirtutem de me exisse. & cecerit.

Dicat pelagius si placet se suo conamine saluari. dicamus autem nos quia uana salus hominis. Indo faciemus uirtutem. Nam & ipse uirtutem qui propitiatur omnibus iniquitatibus nris. & sanat omnes languores nros. Non ex nobis ipsis sed de se nouit exire. Non ergo tangit eum qui fimbriam tetigerit. idest incarnationis mysteria donec ad maiorem capienda pueniat. perfecte amando crediderit.

F

At ipse dixit illi. filia fides tua te saluam fecit. uade in pace.

Ideo filia quia fides tua te saluam fecit. nec dixit fides tua te saluam fecit. sed saluam fecit. In eo enim quod credidisti iam salua facta es.

Adhuc illo loquente uenit ad principem sinagoge dicentes quia mortua est filia tua. noli uexare illum.

Saluata a profluuio sanguinis muliere. mox filia principis mortua nuntiatur. quia dum ecclesia utrorum labem undata & ob fidei meritum filia est cognominata. continuo sinagoga per fidem simul in uidiae que locum soluta est per fidiae: quidem quia in xpo credere noluit. Inuidiae uero quia ecclesiam credidisse doluit. Scriptum est enim in alibi: apostolorum. sequenti autem sabbato pene cum uersa ciuitas conuenit audisse uerbum dni. Uidentes autem turbas iudaei repleti sunt zelo & contra dicebant his quae a paulo dicebantur male dicentes uiam contra multitudine noli uexare illum per eos hodie quae dicitur qui ideo destitum sinagoge statum uident & restaurari posse non credunt. Ideo que pro resuscitatione illius supplicandum esse non aestiment. sed quae in possibilia sunt apud homines. possibilia sunt apud dm. unde sequitur. erit.

H

Ihs autem audito hoc uerbo respondit patri puelle. Noli timere credere tantum & salua erit.

Pater puelle co[illegible]us doctorum legis accipitur de quo dnus ait. Super cathedram moysi sederunt scribe & pharisaei qui si credere ipsi uoluerint & iam subiectae sinagoga saluae erit.

R

Et cum peruenisset ad domum non permisit secum quemquam nisi petrum & iacobum & iohannem & patrem & matrem puelle.

Supra publice uiduae filius suscitatur. hic reuenitur plures arbitri puto ergo quod in eo quoque pietas ibidem declaretur. quia uiduam mater unici non patiebatur moerere. & ideo ne amplius afficeretur maturitas additur. est etiam forma sapientiae in uidue filio cum ecclesiam credituram in archisinagogi filia credituros quidem iudaeos sed explurimis: pauciores.

Flebant autem omnes & plangebant illam.

Numquid possunt inquit filii sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus. Uenient autem